



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**DE VITA || ET MORIBVS IGNA-||TII LOIOLAE,|| QVI
SOCIETATEM IESV || fundauit, Libri III.|| Auctore Ioanne
Petro Maffeio, pres-||bytero Societatis eiusdem.|| Ex
auctoritate superiorum.||**

Maffei, Giovanni Pietro

Köln, 1585

VD16 M 110

Clavdio Aqvavivæ Præposito Generali Societatis Iesv.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68259](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68259)

CLAVDIO
AQUAVIVAE PRAE-
POSITO GENERALI
SOCIETATIS IESV.

Ioannes Petrus Maffei S.D.



*VAE parens & condi-
tor nostra Societatis
Ignatius, auctore ac
duce Deo gessit in ter-
ris, ea profecto digna
sunt, in quibus comen-
dandis immortalita-
ti, scriptorum omnium certet industria. Id
scilicet fuit causa, cum in eo munere alij non
sine pietatis et ingenij laude versati sint, cur
ego quoq, delata olim ad me à Patre nostro
Euerardo nonnullam huiusce provinciae par-
tem, neq, ita gravate receperim, & recepta,
si minus cum apparatu & copia, certe cum
fide curaq, Deo adiuuante confecerim. Nec
sanè dubium, quin, qui talem mihi laborem
iniunxerat, huic potissimum laboris eius &
opera fructus, ac prima libamina deberen-
(?) 2 tur.*

tur. Nunc, quando, priusquam in vulgus
exirent lucubrationes meae, ad beatos ipsius
Ignatij complexus, uti speramus, ille deces-
sit, ei nempe, qui in utriusq. Praepositi locum
& curas nutu diuino successit, optimo iure
dicanda fuerunt. Ac tibi quidem, Pater
humanissime & optime, in praclarum illud
exemplar dies noctesq. intuenti, minime
dubito, quin opus hoc qualecunque, gratum
acceptumq. futurum sit. Cateris ut perinde
iucundum ac fructuosum accidat, nimirum
ab IESU, tuis incensis officio & caritate
precibus & sacrificijs impetrabis. Vale. Ro-
ma. Kal. Ianuar. M. D. LXXXV.

I N